

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1886**

1284

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

universitati vestre notum esse volumus, nos cymiterium sanctimonialium in Christo devotarum monasterii sancte Katerine sub cura fratrum ordinis predicatorum extra muros Argentinenses degencium de mandato et beneplacito venerabilis domini Cūn-radi Argentinensis episcopi, in cujus dyocesi constitute sunt, anno ab incarnatione  
*October 31* domini 1284 in vigilia omnium sanctorum consecrasse et anniversarium diem dedi- 5  
 cacionis ejusdem monasterii de mandato litterarum ejusdem venerabilis domini dyo-  
*September 11* cesani in alium diem magis congruum, scilicet in dominicam proximam post festum  
 exaltacionis sancte crucis sequentem ad devotam petitionem dictarum sanctimonia-  
*November 25* lium transtulisse. ut autem ipsum monasterium in anniversario festo dedicacionis et  
 in festo sancte Katerine ibidem patrone et per octabas dictorum festorum devocius 10  
 a Christi fidelibus visitetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsum  
 causa devocionis tunc accesserint, nos de omnipotentis dei confisi misericordia et  
 de beneplacito ejusdem dyocesani annum et karrinam misericorditer impertimur.  
 datum Argentine anno domini 1284 in vigilia omnium sanctorum.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 125 fasc. 25 or. mb. c. sig. pend. mutil.*

15

97. *König Rudolf schreibt dem Landgrafen des Niederelsaß, daß er nicht befugt sei, die Bürger von Straßburg gerichtlich zu belangen. 1284 November 2 vor Waldeck.*

Rūdolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro lantgravio Alsacie inferioris fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum. strennui et 20  
 prudentes viri cives Argentinenses fideles nostri dilecti querelose nobis suis litteris intimarunt, quod tu tua volens uti jurisdictione ipsos cives Argentinenses in causis et questionibus sibi motis coram te proscribis et proscricionis sentenciis implicas et involvis. in quo scias te injuriari eisdem, cum sic et in tantum liberati<sup>a</sup> sint 25  
 predicti cives Argentinenses, quod nullius lantgravii proscricionis sentencie debeant  
 subjacere. datum ante Waldecke 4 nonas novembris regni nostri anno 12.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 146<sup>b</sup> mit der Ueberschrift daz der lantgrafe in Elsz von den burgern von Strazburg nit rihten sol.*

*Gedruckt darnach bei Wencker Coll. arch. p. 60 und Schöpflin Als. dipl. II, 28 nr. 740. — Böhmer R. Rud. nr. 803.*

30

98. *Bischof Heinrich von Regensburg gibt dem Prior und Subprior der Straßburger Dominikaner den Auftrag, die Straßburger Bürger Rudolf und Heinrich Lenzelin, welche für ihre Gewaltthat gegen das St. Margarethenkloster volle Genußthuung gegeben, von dem Bannspruch zu lösen. 1284 Regensburg.*

Heinricus dei gratia Ratisponensis ecclesie episcopus viris religiosis. . priori vel 35  
 subpriori fratrum ordinis predicatorum domus Argentinensis salutem in domino

a) S libertati.